



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 19. Horatij versus è quinto Odarum illustrati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

pater huius pacem magnus fuit tricomū, Marius soluere nulli
lentus, id est facilis. Mihi ita legendum videtur: Trico-

nes, morosi & ad reddendum duri. Lucilius Satyr. lib. ix.
Luciu' Cotta senex Crassi pater huius peracer,

Magna' fuit trico nummariū, soluere nulli

Lentus, id est, facilis.

Iam qui fuerit ille Cotta, & quā potuerit, nisi fortē per
adoptionem, Crassi cuiusquam pater esse; cūm alter-
um Aurelium, alterum Licinium fuisse verisimile sit
quanquam fieri etiam potest, vt Crassi nomen hoc lo-
co proprium non sit: sed hoc, vt ut est, querant, qui-
bus ista curae sunt. ego quod potui, præstisti.

Horatij versus è quinto Odarum illustrati.

C A P V T X I X .

HORATIANI versus sunt ex Ode qua *egoradis*
uerō veniam à Canidia benefica petit;

Vnxere matres Iliae addictum feris

Alitibus atque canibus homīcidam Hectorem:

Postquam relicti mōnibus rex procidit

Heu peruicacis ad pedes Achillei.

variant autem libri veteres: quod in aliis, *Vnxere*, legi-
tur in aliis, *Luxere*. quam posteriorem scripturam ini-
rificè Homerus confirmat: apud quem Iliados omne-
ga, Hectorem relatum ad suos Andromacha, & He-
cuba, & Helena ἐρνεῖται, ceteræ autem mulieres ἐμα-
ζεῖται, καὶ σεραχλεῖται. neque tamen illa prior repudianda
est: cum constet, vngi solita apud antiquos cadavera,
vt diutius integra conseruarentur: eiusque munera
muliebrem curationem fuisse, vel ex illo Ennij,

Tarquinij corpus bona femina lauit & vnxit.

Itaque & urbanus scurra Martialis, non illepidum di-
ctum ex eo duxit:

Q

Qui non cœnat, & vngitur Fabulle,
Is verò mihi mortuus videtur.

& quidam Græcus Epigrammatum scriptor ait, malle
se viuum madere vnguentis & vino, quam virtumque
seruare ad exequias suas. sed ea quidem res dubitatio-
nem non habet. quare utroquis modo legerit, pecca-
turum non crediderim. Id quod sequitur, *addictum*
feris alibus atque canibus, Homericum est: nota enim
funtilla, — aut̄ δέ εἰλάσια τελχειανάσιν

Οἰωνοῖστε πᾶσι. &c.
Οὐ δέ κ' ἐγὼν ἀπένδει μάχης πίστον τε γονόν,

Μημάζειν παρέγνωσι κορωνίσι, & οἱ ἔπειται

Αριονέστει) φυγέν κύνες, οὐδὲ διωνύσι.

epitheton quoque, quo Hēctor ornatur, ex eodera
poëta sumptum est:

— εὗτ' αὖ πολλὸν δέ Ευτρόπος ἀνδροφόνοιο

Θησαυροὺς πίπαστ. &c.

Θεωρεσίρ αλελήτω δέ Ευτρόπος ἀνδροφόνοιο

Φόλγουτες. itemque,

Ευτρόπος ἀνδροφόνοιο κάρη μὲν χερσὶν ἔχεσθαι.

languidius tamen, &c. ut ita dixerim, eneruatus est La-
tinum, quam id Græcum unde expressum est. ανδρο-
φόνος enim significari videtur is, qui viris fortibus in
acie animam eripiat: at homicida magis est ανθρωποκτό-
νος. vt quantum inter hominem & virum interest,
tantum inter hæc duo epitheta interesse videatur.

Declaratus locus quidam è Ciceronis Hortensio.

C A P V T X X .

CICERONIS ex Hortensio apud Nonium haec
verba referuntur. An cum videat me, & meas co-
mites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, con-
stanciam, gravitatem, fidem, ipsa se subducat? quamvis
F 3 autem

Aeneas Mauret.
Varia Lectione.

LIII
25